

C O R I N

6 2 0 8 5 0



IX. B. 101.


55.

~~IX 3~~
~~XXVIII. 9. 00~~

2

1





- 1 Somergh de iudicijs.
- 2 Freundendorfers Pofit.
- 3 Affylu generalis de bitoru
Muffler
- 4 de Permutatione. Suedend.
Lor.
- 5 de Citatione. Schacher
- 6 de fideiuffione. Bruaner
- 7 de Retorfione iururaru
- 8 de Emptione vendit. Richter
Volckmar.
- 9 de bonafide. Born.
- 10 de Querele Inofficiofiteftae. Oley.
- 11 de iure Tutelarū. Philippi
- 12 de Emancipatione Libertoru. Romang.
- 13 de Teftamento iudiciali
Finckelthaus.
- 14 de Pacto retrovenditionis.
Hahn.
- 15 de Separatione bonoru. Deber
- 16 de Prolocutione ad Lite. Strauch.
17. de Iuribus Ser. domus Japon.
Rechmann.
- 18 de Advocatis Tabor.
- 19 de Inquisitionibus. Lederer
- 20 de Affionibus iurū. Binne
21. de fidei pimar precū. Fritzsche.
- 22 de Quereleda antiqua et m.
Liquato Caproni German.
Recht.
- 23 de iure Investitū Epifcopalis
- 24 de Inquisitionibus. Wem.
- 25 de Tranfactuibus Luthig.

D. O. M. A.

24

DISPUTATIO JURIDICA,
DE TRANS-
ACTIONIBUS,

Quam

Consensu & autoritate Magni-
fici Dn. Ordinarij, Senioris, cæterorumq; Juris
Antecessorum & Dd. in celeberrimâ ac
illustri Lipsiensi,

PRÆSIDE

Clarissimo & Consultissimo Viro

Dn. JOHANNÉ CURTIO, Phi-

los. & J. U. D. Prof. publ. & Facultatis Juridicæ
assessore spectatils. Præceptore suo mul-
tis nominib, honorando,

Ordinariè & Publicè discutiendam exhibet

JOACHIMUS HASSÆUS Rostoch. Megap.

Ad diem 26. August. hor. 7. mat. & seqq.

In Acroaterio Jctorum.

L I P S I Æ,

TYPIS LAMBERGIANIS,

Excudebat Johann Glück / Anno 1619. •

No. 100

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



DE TRANSACTIONIBUS.

THESIS I.

Nomen Transactionis tum apud probatos latinæ linguæ autores, tum passim in jure nostro duobus accipitur modis, latè & strictè. Priori modo significat qualemcumq; negocij compositionem, decisionem, ac definitionem (a) posteriori modo rei dubiæ, & litis incertæ, necdum finitæ inter partes compositionem denotat. (b)

(a) Cic. pro Quint. Rosc. & alibi l. 1. §. conventioni 3. l. tres fratres 35. in fin. ff. de pact. l. arbitrio 18. §. dolo. 4. l. quod si 21. ff. de dol. mal. l. 1. §. f. ff. ad Sct. Tertyll. Et sic lis dicitur transacta per jusjurandum in litem l. ejus rei 46. ff. de Rei vind. l. admonendi 31. ff. de jurej. undè & Jusjurandum speciem transactionis in se continere dicitur l. jusjurandum. 2. ff. de jurejur. sic in generali significatione transacta intelliguntur judicio terminata, & longi temporis silentio, id est, præscriptione finita l. transacta. 229. cum l. seq. ff. de V. S. VVes. in parat. ff. de Trans. n. 2. Duar. de trans. c. 1. Diss. Gædd. in l. ut sunt 230. de V. S. Hænon. d. ff. 2. th. 1. lit. a.

(b) l. 1. & passim c. 1. ff. & C. hic. VVes. d. loc. n. 1. & 2. Sich. Pac. ad Rubr. C. h. t. Et in hoc posteriori significatu sumitur transactio in hac disputatione nostrâ.

I I.

Definitur ergò sic accepta transactio, quod sit conventa decisio (a) rei dubiæ, (b) litis incertæ & nondum finitæ, (c) aliquo dato, accepto, vel promisso (d)

(a) l. transactionis 7. l. sub pretextu 19. l. siquidem 14. & l. si pro fundo 33. C. h. t. VVes. in par. ff. eod. Duar. de Trans. c. 1. Obrecht. in disp. de Trans. th. 10. Pac. ad Rubr. C. h. t. Dicitur autem transactio conventa decisio: quia partium conventionem rem dubiam decedit l. cum proponas 17. & d. l. 33. C. h. t. l. interest 27. C. de solut. Hinc ergò differt transactio à sententia. Hæc namq; citra partium conventionem negotium controversum decedit, & in invitos etiam fertur l. inter 83. §. 1. de V. O. Diss.



Hunn. in tract. de Trans. C. 1. Exerc. 2. qui semper & indistincte Trans-
actionem inter Contractus referendam censet cum Gilken, in Rubr.
C. de trans. n. 4. & seqq. Diss. aliter Borch. de trans. c. 1. n. 1. qui transactio-
nem per conventionem definit. Aliter Treuil. disp. 7. th. 1. lit. d. qui
generis loco pactioem ponit. Et aliter Lorrion. de pact. & Trans.
axiom. 79. qui distractum esse affirmat.

(b) l. 1. ff. de trans. l. 2. & l. fideicommissio 11. C. eod. Hinc transactio discer-
nitur à nudo pacto. Hoc namq; de re etiam certa & indubitata
feri potest d. l. 1. ff. d. t. Rei autem appellatione etiam crimina &
delicta continentur, arg. l. rei autem 5. cum l. seq. ff. de V. s. Nam &
super his transactiones institui possunt l. transigere 18. C. h. t. l. post. 13.
C. de furt. & infra th. 16. & 18. dicetur latius.

(c) l. 1. ff. h. t. Transigitur autem non solum super lite presente
& jam nota l. cum jam nota 6. & l. cum proponas 17. C. eod. sed etiam im-
minente, & quæ futura timetur, l. 2. ibi, propter timorem litis & l. fin.
C. d. t.

(d) l. transactio 38. C. h. t. In omni namq; transactione requiri-
tur, ut res dubia, vel lis incerta remittatur: & pro remissione ali-
quid præstetur vel promittatur l. 1. ff. d. t. d. l. 38. C. eod. l. si quis heres 3. C. de
repudiand. vel abstinend. hered. Transigendo namq; nec vel totum, vel
nihil aufertur: sed ab utraq; parte aliquid litis finiendæ causâ re-
mittitur. Aliàs enim si totum auferretur, ex parte actoris dona-
tio esset, vel litis repudiatio, l. si donationis 18. C. de donat. l. si quis heres. 3.
C. d. t. Ex parte autem rei esset solutio, & non transactio. Sin verò
nihil remitteretur, esset id ipsum intentioni transigentium con-
trarium. Actor enim vult aliquid remittere: reus verò aliquid
præstare, per jam d. d. ll. Obrecht. in d. disput. de Transact. c. 4. th. 108.
& seqq.

III.

Causa efficiens Transactionis est consensus.

L. 1. §. conventionis 3 ff. de pact. l. interpositas 13. l. non minorem 20. ubi Sich.
& l. si quis 41. C. h. t. Transactionem ergò impedit primùm Error, l.
sub pretextu 29. C. h. t. Nihil enim consensui est magis contrarium
quam error, l. in qui 15. ff. de iurid. l. nihil consensui 116. ff. de R. I. Dein-
dè, Metus, d. l. interpositas 13. C. h. t. & d. l. 116. Intelligimus autem non
quemvis metum, sed eum, qui cadit in constantem hominem,
l. con-

l. continet 3. l. metum 5. cum l. seq. ff. quod met. caus. veluti est metus, qui periculum salutis vel cruciatum corporis continet. d. l. 13. C. d. t. l. nec minorem 7. cum l. seq. ff. quod met. caus. Item metus servitutis l. isti quidem 8. §. si 1. ff. d. t. vinculorum & carceris. d. l. 7. & 8. ff. d. t. ubi Vvesenb. n. 3. pudoris & infamiae realis, d. l. 8. §. quod si dederit 2. ff. d. t. Talem autem metum qui allegat, probare tenetur, d. l. interpositas 13. C. d. t. Quo probato in integrum restituitur metu compulsus. Licet enim Transactio metu inita ipso jure valeat: Iure tamen pratorio per in integrum restitutionem rescinditur d. l. interpositas 13. C. d. t. & t. t. ff. & C. Quod met. caus. Tertio Dolus d. l. 13. & l. sub pretextu 19. C. h. t. Et quidem talis, qui etiam prudentes fallere consuevit, Sich. in d. l. 13. Sed sicuti metus ita & dolus regulariter non praesumitur, sed ab allegante probandus est, d. l. 13. l. quoties 18. §. 1. ff. de probat. Iacè Mascord. de probat. vol. 1. concl. 531. sed procedunt haec, nisi quis dolum adversarij sciat, & nihilominus cum illo transigat, l. cum donationu 34. C. h. t. l. nemo videtur 14. ff. de R. I. c. scienti 28. eod. in 6. Multo minus transactionis vinculum dimittere poterit is, qui ipse dolum commisit, imò id grave & criminofum esset, l. transactione 30. C. h. t. Iura enim deceptis non decipientibus succurrunt l. 2. §. sed ita 3. ff. ad S. V. l. Et iniquum est, cuiquã dolum suum prodesse, l. 1. ff. de dol. mal. l. itaq. fullo 12. §. sed furti 1. ff. de furti Sed numquid metus aut dolus objici aut allegari possit, si praesentibus amicis transactum sit, quaeritur? Et non posse, rescripserunt Diocl. & Maxim. in l. transactionem 35. C. h. t. Haenon. disp. ff. 2. tit. 2. lust. Meier in disp. de transf. th. 27.

IV.

Transigere possunt omnes, nisi qui vel natura vel legibus prohibentur,

arg. l. cum prator 12. ff. de judic. l. mutus 43. §. 1. ff. de procurat l. 1. §. 1. ff. de test. Quare & muti, surdi, & alij corpore acri modo sanæ sint mentis, transigere non prohibentur, l. sanum 27. C. h. t. In his enim, quæ consensu peraguntur, mentis duntaxat integritas, non etiam corporis sanitas requiritur, l. 2. & l. qui manus 10. ff. qui test. fac. poss.

V.

Naturã autem transigere prohibentur furiosi & mente capti (a) infantes & infantiae proximi. (b)

A 3

(a) l. 1. §.



(a) l. 1. §. furiosum 12. ff. de obl. & act. l. in negotiis 5. ff. de R. I. l. Modestinus 23. §. 1. ff. de donat. §. furiosus 8. l. de inut. stip. Et ratio est: quia in transactionibus consensus requiritur, per jura in th. 3. Superius adducta. Furiosorum verò & mente captorum nullus est consensus, l. emtionem. 2. C. de contrah. Emt. Nulla voluntas l. furiosi 40. de R. I. Nulla mens, l. si ei. 2. §. furiosus 3. ff. de jur. codicill. Nullusque animi sensus, l. si cum dotem 22. §. si maritus 7. ff. solut. matr. Verùm hæc de illis furiosis & mente captis intelligimus, qui perpetuo mentis furore agitantur, non verò de iis, qui certa habent furoris intervalla. Hi namq; tempore intermissionis, quo consensum habent, validè transigere possunt, arg. l. qui testam. 20. §. ne furiosus, 4. ff. qui test. fac. poss.

(b) Hi etenim nullum intellectum, ac proindè nullum consensum habent, §. sed quod diximus 11. l. de inut. stip. l. sed et si 5. §. & idè 2. ad l. Aquil. Et pro absentibus reputantur, l. coram Titio 209 de V. S. Infans autem dicitur ad annum usq; septimum completum, l. si infanti 18. C. de iur. delib. Menoch. de arb. jud. quæst. lib. 2. cas. 57. n. 9. & seqq. Sed quis infantiæ proximus verè dicatur, vetus & anceps est controversia, ut videre licet apud Menoch. d. loc. Gædd. tract. de contrah. & comm. stipulat. c. 7. n. 182. & seqq. & alios. Nos relictis aliorum opinionibus amplectimur sententiam eorum, qui statuunt, masculinum infantiæ proximum dici eum, qui ab infantiâ finitâ h. e. ab initio anni octavi complevit annum decimum cum dimidio: Fœminam verò ab anno septimo completo ad annum nonum cum dimidio completum, arg. §. f. Inst. Ex quib. caus. manum. non lic. l. Et hoc Tiberius 41. ff. de hered. inst. Accurs. in l. 1. ff. de novat. Corras. 6. misc. 23. n. 3. Donel. in l. si pupillus 127. n. 10. ff. de V. O. Hunn. in tr. de pact. c. 3. q. 4. Tutore tamen autore infans rectè transigit. Suppletur enim ejus judicium imbecille tutoris auctoritate, l. quamvis 32. §. infans. 2. ff. de acquir. poss. Hunn. d. tract. c. 3. q. 7.

VI.

Lege est interdicta transactio omnibus, quibus legitima bonorum suorum administratio est adempta.

Est namq; transactio quædam alienationis, & administrationis species, arg. l. non solum 4. C. de præd. minor. l. 1. §. 41 si 9. ff. si quid in fraud. patronor. fact. sit. sic lege bonorum suorum administratio interdicta est prodigis, l. 1. ff. de curat. furios. l. 15. Cuj. 18. ff. qui testam. fac. poss. l. mutans. §. 1. ff. de acquir. vel mitt. hered. §. furiosi. l. de curat. Donell. in l. is cui 6. d. V. O. Fachin. lib. 2. contr. 63. Arum d. sp. l. 12. Exerc. 7. lit. 2. Diss. Gædd. de contrah. & comm.

*comm. stipulat. c. 7. concl. 10. n. 141. & seqq. Treutl. disp. 6. p. 1. th. 5. lit. d. Henon. disput. ff. 6. th. 1. lit. d. & disput. 9. jur. th. 14. & disp. 6. de divers. R. 1. in l. 40. Hi enim non ipso jure, sed magistratus decreto & autoritate prodigis interdici bonis existimant. Sed an Prodigus sine curatoris consensu paciscens aut transigens naturaliter tantum obligetur, quaritur? Nos negativam sequimur per *l. si cui 6 ff. de V. O. l. furiosus 49. ff. de R. 1. l. certi condictio 9. §. sed & si 7. ff. de reb. cred. Arum. d. disput. 12. Exerc. 7. lit. b. Gædd. de contrah. & comm. stipulat. c. 7. concl. 10. n. 126. & seqq. Hunn. de pact. c. 3. q. 9.**

VII.

Similiter jure transigere nec possunt, nec debent ebrij, qui scilicet ad mentis usq; alienationem vino, vel alio quovis potu sese ingurgitarunt.

Ad transigendum enim consensus requiritur. Tales autem ebrij consentire non possunt, cum judicio & mente careant, *c. de stipulâ 14. de vit. Clericor. Et à furiosis aut nihil, aut parum distant, c. venier cum c. seq. distinct. 35. Joh. Gædd. de contrah. & comm. stipulat. c. 7. conclus. 11. n. 166. Arum. d. 12. l. 1. Exerc. 8. Hunn. in tract. de pact. c. 3. q. 11. Diss. Treutl. disp. de pact. th. 5. lit. 1. ubi Bacch.*

VIII.

His annumerantur minores viginti quinque annis in curatelâ constituti.

l. si pro fundo 33 ibi) nec eo tempore l. si quis 41. C. h. t. l. si curatorem 3. C. de in integr. rest. Per curatoris namq; dationem minoribus bonorum suorum administratio adimitur. l. sancimus 25. C. de admin. tutor. l. inter bonorum 48 ff. eod. & tot. tit. ff. de reb. minorum. Fragile enim & infirmum est horum consilium, multisq; captionibus suppositum, ac insidiis expositum, l. 1. ff. de minor. Tutores tamen & curatores super pupillorum & minorum rebus dubiis rectè transigunt, cum in his loco domini habeantur, l. si pignore 54. §. f. l. interdum 56. §. qui tutelam 4. ff. de furt. l. tutor 27. ff. de adm. & pericul. Geil. lib. 2. obs. 72. n. 1. Bronh. cent. 1. misc. 7. Verùm an hujusmodi transactione curatoribus & tutoribus opus sit magistratus decreto inter Doctores controversatur. Nos distinguendum putamus, an rem controversam & contentiosam possideat pupillus vel minor, an verò adversarius. Priori casu tutores & curatores absq; magistratus decreto de re pupillorum, aut minorum transigere non possunt, l. lex qua 22. C. de adm. tut. l. non sol. 4. C. de præd. min. l. Lucius 46. §. fin. ff. de adm. & pericul. tut.

Posteriori

Posteriori verò casu possunt. *d. l. 54. §. f. & d. l. 56. §. 4. ff. de furt. facte l. tutor 35. in pr. ff. de jurejur.* Propriè namq; alienatio non est, tutor vel curator si rem saltem dubiam, vel litem incertam vicissim aliquid pro ea accipiendo remittit, *Treut. d. 7. th. 2. lit. e. ubi Bach. & Hunn. Hænon. d. ff. 2. h. 3.*

IX.

Porro transigere non licet Procuratoribus, speciale mandatum nisi habeant.

l. Transactionis 7. C. h. t. c. qui ad agendum. 4. de procurat. in 6. Et procedit hoc 1. In Procuratore ad agendum *d. l. 7. C. d. t. & l. Sed sitanum 13. ff. de pact.* Procurator enim extra mandatum non est procurator, *l. 1. ff. de Procur. l. si procurator 10. C. eod.* Procurator autem ad causam duntaxat agendam constitutus ad litem decisionem constitutus non intelligitur, *d. l. 7. C. h. t. & d. l. 13. ff. de pact.* Agere enim, & litem transigendo decidere, longo inter se intervallo distant. Nam qui agit, litem movet: qui transigit à lite discedit. *Obrecht. in disp. de trans. th. 208. 2.* In Procuratore ad omnium bonorum administrationem sine liberâ constituto, *l. mandato 60. ff. de procurat. d. c. qui ad agendum 4. eod. in 6.* Est enim transactio species alienationis, *l. non solum. 4. C. de Præd. minor. l. 1. §. 1. de off. Procurat. cas.* Procurator autem habens universorum bonorum administrationem sine liberâ, alienare nequit sine expresso & speciali domini mandato, *l. Procurator 63. ff. de Procur. 3. in Procuratore principis d. l. 1. §. 1. ff. de procur. cas. l. nulli. 13. ff. de trans.* Sed excipiuntur 1. Procurator in rem suam datus. Hic namq; licitè sine speciali mandato transigit, *l. sed si 13. §. 1. ff. de pact.* Habeatur enim loco domini, *d. l. 13. §. 1.* 2. Procurator universorum bonorum cum liberâ constitutus, *l. nam & nocere 12. ff. de pact. l. Procurator 58. ff. de Procur. Quar. de Trans. c. 1. Pac. cent. 2. q. 47.* Dummodo bonâ fide transigat. Mandatum namq; semper bonam fidem desiderat *l. 60. §. f. ff. mandat.*

X.

Civitatum verò administratores & Syndici de lite civitatis dubiâ sine speciali mandato bonâ fide transigere non prohibentur: licet rem certam & indubitata per transactionis speciem paciscendo remittere non possint.

l. praeses

l. praeses 12, ubi Donell. & Pac. de transact. l. 2, §. Ins Reip. §. ff. de adm. rer. ad civ. perti. Horum namq; partes sunt res civitatis administrare: non verò perdere, aut dissipare *d. l. 2, §. 8, ff. d. t. facit. l. non omn. 16, C. de adm. tut.* Hæc etenim inter se pugnant *l. contra 28, §. si filius. 2 ff. de Pact. l. 1, §. 1. ff. quæ res pign. dat. oblig. non poss. l. filius. 7. ff. de donat.* Administrant autem, si de re dubiâ vel incerta transigunt. Quippe civitati utilius judicatur, rem dubiam & controversam bonâ fide remittere: quàm temerè litigando inconstantem litis aleam subire. Illic namq; pars ejus, de quo lis est, aufertur: Hic verò totius jactura plerumq; reportatur. Non administrant, si rem certam remittunt, & aliorum gratiam vel favorem sibi indè querunt *d. l. praeses 12, C. de trans. l. ambitiosa 4. ff. de decret. ab ord. fac. Wesenb. in parat. ff. h. t. n. 4. Treutl. hic th. 2. uti Hun. & Bacch. Obrecht. de trans. c. 5. th. 201. & f. 99.*

XI.

Sed an Patri de bonis liberorum, in eorundem præjudicium, transigere liceat, non omnium una & eadem est opinio. Nos duplici distinctionis fœdere controversiam hanc conciliandam statuimus. Transigit enim pater vel de uno aliquo ex tribus istis liberorum bonis, puta de castrensibus, aut quasi (a) aut adventitiis, quæ pleno proprietatis jure ad liberos pertinent: vel de reliquis illorum bonis. Prioribus casibus transactio absq; liberorum consensu & suffragio non valet, ac proindè liberis nec quicquam præjudicat. (a) Postremo casu iterum distinguendum est, an liberi adhuc in potestate paternâ sint constituti, an ab eadem liberati. Priori illo casu transactio patris est firma, atque ità liberis vel prodest vel nocet: (b) Posteriori verò minime. (c)

(a) Ratio hæc est: quia in hujusmodi peculiis pater nihil juris obtinet, sed in illorum administratione filij pro patribus familias reputantur *l. errat, 3. C. de Castr. pecul. l. fin. in fin. C. ad Sc. Mac. l. 2. ff. eod. l. cum multa 7. C. de bon. quæ liber.*

(b) *l. de re 10. ff. de trans. ubi gl. Forst. de Success. ab int. lib. 7. c. 22.*

B

Obrecht



Obrecht in disp. de Trans. th. 198. Bacch. ad Treutl. hic th. 3. lit. a. Dis. Henon.
d. ff. 2. th. 4. lit. d. e. & f. Mejer. in coll. suo Argent. b. t. th. 10.

(c) d. l. de ro. 10. ff. d. t. liberi namq; potestate patria soluti pro
extraneis habentur, §. ceteri. 3. l. de hered. qual. & diff. l. quin etiam 55.
in fin. ff. de rit. nupt. Transactio autem de bonis extranei facta non
valet, ac proinde eidem nec prodest, nec obest, l. Imperatores 3. ff.
b. t. l. inter debitores 42. ff. de pact. l. debitorum 25. cum l. seq. C. Eod. Quare
nec etiam matris transactio filio nocere potest quicquam l. trans-
actione 26. C. b. t. Mater namq; liberos in potestate non habet,
§. femina 10. l. de adopt. §. ceteri 3. l. de hered. qual. & diff.

XII.

Disceptatur quoque an vasallus possit de re contro-
versâ feudali sine domini consensu transigere, nec ne?
Nos affirmativam tuebimur.

Text. in c. un. §. si vasallus, si de feud. defunct. content. sit inter, dom.
& agnat. vasall. & c. un. de contro. int. vasall. & alium de benefi. lib. 2. in
V. F. Wesenb. de Feud. c. 11. n. 7. Hunn. ad Treutl. disp. 7. th. 3. lit. d. Dis.
Treutl. d. loc. Borcholt. in tr. de feud. c. 8. n. 44. Niell. disp. feud. 6. th. 8. lit.
a. Mozz. de nat. feud. n. 74. & de amiss. Feud. n. 140. Rittersb. in part. feu-
dal. lib. 2. c. 2. n. 17.

XIII.

Transigere verò licet de quibuslibet rebus dubiis, li-
tigiosis & nondum finitis: (a) adque rem familiarem per-
tinentibus, (b)

(a) l. 1. ff. de trans. l. 2. l. fidei commissio 11. C. Eod. Super re itaq; ju-
dicata transactio fieri non potest, l. si causa 32. C. b. t. Res enim ju-
dicata res dubia non est, cum omnis controversia per sententiã
sit finita, l. 1. ff. de re. judic. Imò res Iudicata pro veritate habetur.
l. ingenuum 25. in fin. ff. de stat. hom. l. Res iudicata 207. ff. d. R. I. Cate-
rum itã demũ de re iudicatã inutilis est transactio, si nulla post
rem iudicatam potest subesse lis. Nam aliã etiam post rem ju-
dicatam interposita transactio valet, Veluti 1. si appellatio inter-
cessit, l. & post rem. 7. ff. b. t. l. eleganter 23. §. post rem iudicatam 1. ff. de
cond. ind. l. si causa 32. C. b. t. Per appellationem namq; res iudicata
iterum in dubium vocatur, d. l. si causa 32. C. d. t. l. 1. §. ult. ff. ad. S&.
Turp. 2. Si cum transigeretur, appellatio interponi potuit, d. l. &
post rem

postrem. 7. ff. h. t. & d. l. 23. §. 1. ff. de cond. ind. 3. Si post rem judica-
tam, etiam si Provocatio non est interposita, negetur vel ignore-
tur judicatum esse, Nam & tunc lis subesse potest l. post rem, 11. ff. h.
t. d. l. 23. §. 1. ff. d. t. 4. Si sententia per petitionem restitutionis in
integrū est suspensa l. si causa 32. C. h. t. Borch. de transf. c. 3. n. 10. & seq.
Quod enim jure ordinario valet appellatio : tantundem jure
singulari valet restitutio in integrum. l. praeses provinc. 42. ff. de minor.
(b) De his enim solis ut pacisci, ita & transigere licet. l. Iurig.
7. §. si paciscar 14. & l. si unus 27. §. pacta 4. ff. de pact.

XIV.

De controversiis tamen ex testamento pendentibus
non aliter, nisi inspectis cognitisque verbis testamenti,
transigi potest.

l. de his 6. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. testam. quemad. aper. Ratio 1. est favor
ultimarum voluntatum. Has enim non impediri, sed potius exi-
tum sortiri, & pro lege servari publicè interest, l. vel negare 5. ff.
test. quemad. aper. l. 1. C. d. SS. Eccl. Novell. 22. c. Secundum verò 2. Serva-
ri autē aliter non possunt, nisi testamenta inspiciantur, & cogno-
scantur, Pac. ad d. l. 6. ff. h. t. Ratio 2. est, ne fraudibus & insidiis
fenestra aperiatur, Nam alioquin hæredes à legatariis vel com-
missariis, qui viso & cognito testamento fortasse nō transigerēt,
re aliquā exiguā datā transactiones sub hoc prætextu, quasi illis
in testamento nihil relicū esset, extorquerent, Gilken. in l. sub præ-
textu 29. C. h. t. Iul. Pac. ad d. l. 6. ff. eod. Et ibid. in parat. VVesenb. n. 5.
Dis. Cui. in l. 1. ff. h. t. Est verò illa testamenti inspectio & cognitio
in transactione controversiarum testamentariarum ad eò neces-
saria, ut partes eam sibi invicem remittere, sive eidem renunciare
nequeant. Est namq; conventio & renunciatio hæc contra jus
commune. Iuri autem communi pactis privatorum renunciari
non potest, l. Iurig. 7. §. si paciscar 14. ff. de pact. l. si unus 27. §. pacta 4. ff.
de pact. Borch. de Trans. Dn. D. Leopold. Hakelm. disp. 2. illustr. quest. th. 16. lit. c.
Hinc filia hereditati paternæ ob dotem acceptā renuntians non
obligatur hujusmodi renuntiatione, nisi testamentū viderit, co-
gnoveritq;. Costal. post Bl. Ang. Alber. & Iason. in l. de hi 6. ff. h. t. Sed à
dispositione hujus legis excipitur. 1. Controversia ex testamēto
nuncupativo descendens. De hac enim etiam non inspectis nec
cognitis verbis testamenti transigere licet, per suprā dict. 11.

Potest namq; in hac controversiâ aliundè, quàm ex testamenti verbis voluntas testatoris exquiri cognosciq; nempè ex testibus, coram quibus testator ultimam suam voluntatem nuncupavit. *Borch. de trans. c. 3. n. 17. & seqq. Treutl. d. 7. th. 4. lit. e.*

II. Controversia ex testamento etiam scripto orta, sed postea gratis & donandi animo remissa. Paciscendo namq; unusquisque suam conditionem potest facere deteriore *l. iurig. 7. §. si paciscar. 14. & l. pacta 46. ff. de pact.* Nisi pacisci expressè fuerit prohibitus, Pactio autem de controversiis testamentariis sine antegressâ verborum testamenti inspectione & cognitione in iure nusquam prohibita reperitur. Deindè, quia diversa est Pactio- nis & Transactionis ratio, de qua *Hun. in tr. de Trans. c. 3. Exerc. 19.*

XV.

Sic quoque de controversiis alimentis futuris testa- mento, vel quavis aliâ ultimâ voluntate relictis non ali- ter, nisi Prætore causam cognoscente, & quid alimentario decedat, prospiciente, transigi potest: (a) licet de Præteri- tis etiam sine prætoris autoritate transactio rectè institua- tur, (b) ut & de illis, quæ ex contractibus debentur (c)

(a) *l. & post rem. 11. in fin. cum l. seq. ff. h. t. l. de alimentis 8. C. Eod.* Ratio hujus prohibitionis est duplex favor, nempè & alimento- rum, & ultimæ voluntatis. Nam alias tenuissimæ fortunæ ho- mines, quibus plerumq; nomine alimentorum præstationes an- nuæ relinquuntur, facile de hujusmodi alimentis modica præ- senti pecunia contenti transigerent, atq; ita nō tantum ipsi, con- sumpta jam illa modica pecuniæ summa, quam acceperant, ege- rent, verum etiâ testatoris voluntas everteretur *d. l. cum hi 8. in pr. & §. eam transactionem 6. ff. h. t. uti Paci. Borch. de trans. c. 3. n. 28. & seqq.* Alimentorum autem appellatione non solum cibaria, sed & ve- stes & habitatio continentur, cum sine his corpus ali non possit. *l. legatis 6. & l. fin. ff. de alim. & cibar. legat. l. verbo victu 43. l. Quos nos 234. in fin. ff. de V. S.* Transactio ergò de futuris alimentis probi- bita de habitatione etiam & vestiario prohibita censetur *d. l. 8. §. Eiusdem ff. h. t.* Et per alias modò *dd. ll.* Ex diverso verò de alimen- tis futuris qui transigit, non statim de habitatione & vestiario transi-

transigisse videtur *d. l. cum hi 8. §. qui transigit 12. ff. h. t.* Ratio 1. est: quia in odiosis & alimentario præjudicialibus appellatione alimentorum venit nec habitatio, nec vestiarius *d. l. 8. §. 12. ff. d. t.* In favorabilibus verò & alimentario utilibus, appellatione alimentorum continentur habitatio, vestiarius & alia ad vivendum homini necessaria *d. l. legati 6. & l. fin. ff. de alim. & cibis. legat. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 170. n. 28. Borch. de Trans. c. 3. n. 25. & 53. Cuj. ad d. l. 8. ff. h. t.* Ratio 2. Quia Transactiones sunt stricti juris, argt. *§. actionum 28. l. de act. ac proinde non extendendæ, l. quicquid astringenda 99. ff. de V. O.* Ratio 3. Quia Divus Marcus de vestiario & habitatione specialiter transigi voluit *d. l. 8. §. 12. ff. h. t.* Competit autem illa Prætoris cognitio super alimentorum futurorum transactione non vi Jurisdictionis aut imperij, sed ex speciali legis dispositione dependet, *d. l. 8. ff. h. t. & d. l. 8. C. Eod. ac proinde nec alteri mandari potest, d. l. 8. §. cum hi 8. & §. Sed nec 18. ff. h. t. Borch. de Trans. c. 3. n. 57. Diss. scip. Gent. in tr. de Jurisd. lib. 2. c. 17. Mejer. disp. de Trans. th. 32.* Nec potest etiam huic cognitioni pacto renunciari. Ratio hujus rei est, 1. Quia forma hujus transactionis est, ut cum causæ cognitione fiat, id est, ut prætor inquirat & cognoscat, & de transactionis causâ, & de modo, & de personis transigentium, *d. l. 8. §. vult igitur 8. & §. si Prætor. ff. h. t.* Forma verò in uno quoque negotio à ll. præscripta exactè est observanda, cum aliàs actus fiat elusorius, *d. l. 8. §. 18. ff. d. t.* Ratio 2. Quia ijs demùm licet renunciare, quæ in suum saltem favorem sunt introducta, *l. si quis in conscribendo 51. C. de Epis. & cler. l. penult. C. de pact. Novell. 136. C. sancimus 1. vers. propterea. c. statuimus 9. ibi. cum quilibet de Regular.* Cognitio verò causæ, quæ prætori super futurorum alimentorum transactione intelligitur, non saltem in alimentarij, sed etiam ultimarum voluntatum favorem est introducta, *d. l. 8. ff. h. t.* Ratio 3. Quia privatâ conventionem paciscentium non lædi potest jus publicum *l. si unus 27. §. pacta 4. vers. ante omnia ff. d. pact.* Imò non valet talis Renunciatio etiam juramento confirmata per *l. non dubium 5. C. d. ll. l. iurisg. 7. §. & generaliter 16. ff. de pact. Obrech. in disp. de trans. th. 88.*

(b) *l. de alimentis 8. C. h. t.* Nemo enim in præteritum alii potest, cum nemo in præteritum esurire & egere possit. *Borch. de Trans. c. 3. n. 28.*

(c) d. l. cum hi 8. §. hec oratio 2. in fin. ff. h. t. Cessat enim in his prohibitionis ratio, quæ in futuris alimentis in testamento relicta militat, Promissor enim alimentorum ferè sibi potius, quam alimentario consulit, divisis scilicet pensionibus. Deinde voluntas promissoris non læditur, si cum illo alimentarius de alimentis promissis transigit, Cujac. ad d. l. 8. ff. h. t. Joh. Borch. de Trans. c. 3. n. 36. Duar. lib. 1. anniv. disp. c. 44.

XVI.

De criminibus autem publicis capitalibus (a) utriusque litiganti tam accusatori, quam reo, (b) tam post, quam antè institutam accusationem citra impetratam criminis abolitionem (c) transigere, vel pacisci impunè licet, (d)

(a) Quorum pœna mors est, per quam scilicet caput naturale ex medio hominum tollitur, l. relegati 4. ff. de pen. l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sen. l. 18. C. h. t. Licet alias crimina capitalia etiam dicantur, quorum pœna est amissio vel civitatis vel libertatis, l. rei capitalis 2. ff. de pen. l. licet 103. de V. S. l. 2. de publ. jud.

(b) Ratio I. Est Quia l. 18. C. h. t. generalis est, nec inter actorem & reum distinguit. II. Quia neuter sine altero transigere potest. III. Quia dispositum in uno correlativorum, quoque dispositum videtur in altero, l. fin. de accept. l. cum emtor. 5. ff. de Resc. vend. IV. Quia uterque de sanguinis periculo certat. Nam reus criminis convictus pœnam capitis luit: actor autem in probando deficiens similitudine supplicij punitur, l. fin. C. de calumn. l. f. C. de accus. Idque ex inscriptionis vinculo, cui sese ad accusationem procedens obligare tenetur, l. si cui crimen 7. ff. de accus. Sich. ad. l. 18. C. h. t. Arum. disp. ff. 4. th. 34. Diss. Hotton. quest. illustr. 23. Gilken. ad. d. l. 18.

(c) d. l. transigere argt. l. destitisse 13. ff. ad Sct. Turp. l. quamvis 30. C. ad L. Iul. de adult. Diss. VVesenb. in par. ff. h. t. n. 5. & Treutl. d. 7. th. 5. lit. a. qui actorem præsertim post iudicium ceptum criminis abolitionem impetrare debere censent.

(d) d. l. 18. C. h. t. Ignoscendum enim est ei, qui sanguinem suum quoquo modo redemptum voluit l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sent. l. fin. ff. de Prævar. Et omnis honesta ratio est expediendæ salutis, Cic. in orat. Pro Milon. Diss. Quest. illustr. 23. Hotton. qui particulam Non ex suâ sede deturbatam in aliam reponit, Quare & de crimine

laxæ

læsa majestatis, quamvis gravissimo, transactio licita est. Nam & ipsum capitale est, l. lex 12. tab. 3. ff. ad L. Jul. Maj. l. quisquis 5. C. Eod. §. publica 2. Inst. de publ. jud. Nec à criminibus capitalibus, in d. l. 18. excipitur. Sic quoq; de crimine Parricidij prohibita transactio non est, d. l. 18. C. h. t. Nec adversatur l. fin. C. de abolition. Loquitur enim non de Transactione, sed abolitione, quæ ab illâ longè est diversa. Diff. Arum. d. disp. 4. th. 33. Similiter & de crimine raptus transactionem permissam esse statuimus, Salic. Alciat. s. Richard. & alij ad d. l. 18. C. h. t.

XVII.

De adulterio tamen, licet illud ipsum L. Juliâ capitale sit, (a) transigere non licet, (b)

(a) d. l. transigere. l. castitati 9. C. ad l. Jul. de adult. §. Item lex Julia 4. l. de publ. Inst. Gadd. in l. inter stuprum 101. n. 4. de V. S. & vulgò Dd. Diff. Fachin. 1. contrav. 8. Niell. disp. Inst. Extraord. 5. th. 20.

(b) d. l. 18. Ratio hujus Exceptionis est hæc: Quia accusatio adulterij certis quibusdam duntaxat personis competit, marito scilicet, consanguineis atq; conjunctis. Si ergò illis personis de adulterio transigere liceret, facillimè fieri posset, ut delictum hoc contra utilitatem publicam impunitum maneret, l. quamvis 30. C. ad L. Jul. de adult. Gilken. ad d. l. 18. n. 10. Diff. ceteri Dd. ferè omnes. Aliam enim rationem affert, Donell. in d. l. 18. n. 7. Cui adstipulatur Gadd. de contrah. & comm. stip. 6. 6. concl. 12. n. 151. Aliam Coras. lib. 2. misc. c. 1. Aliam Salic. ad d. l. 18. n. 18. Aliam Revard. 4. variar. Aliam Duar. de Trans. c. 2. Aliam Alciat. 5. Paradox. 8. Cujac. lib. 6. obs. 11. Et Borch. de Trans. c. 3. n. 72. Aliam Ant. Fab. lib. 2. conject. 20. Et alij etiam aliam. Gratis tamen & donationis causâ cum adulterâ impunè pacisci, parentibus & cognatis ante factam adulterij denunciationem institutamq; accusationem est permissum, licet marito id ipsum non liceat. Nullus etenim in jure est textus, nec ratio ulla, quæ personis illis transactionem interdicit. Ratio verò prohibitionis in marito est; quia si is cum uxore adulterâ paciscitur, eamque contra bonos mores retinet, se criminis lenocinii reum facit, l. ex lege 2. per totam & l. mater 10. ff. ad l. Jul. de adult.

De cri-

XVIII.

De criminibus autem publicis, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, tam actori, quàm reo ante institutam quidem accusationem super interesse suo privato transigere prohibitum non est: (a) verùm post iudicium acceptum non licet transigere circa falsi accusationem (b) ut nec etiam gratis & donationis causa pacisci. (c)

(a) *l. quesitum 5. ubi Gottho. ff. ad Sc. Turp. l. ipse 7. C. ad L. Corn. de fals. arg. l. Iurug. 7. §. si paciscar 14. de pact.* Cessat enim ante litem contestatam, ratio, quæ post litem contestatam tam actori quàm reo transactionem interdicit *Vvesenb. in par. ff. h. t. n. 5.*

(b) *l. 18. C. h. t. l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sent.* Non enim hic obtinet ratio redimendæ vitæ & sanguinis, ob quam aliàs transactio in criminibus permessa est ad *d. l. 1. ff. d. t. l. fin. ff. de Prævar.* Deindè quia accusator institutam actionem transigendo deserens in S. C. Turpill. pœnam incidit, hoc est, non tantum infamia notatur, verùm etiam multatâ pecuniaria & pœna extraordinariâ afficitur *l. si pro eo. 2. C. ad Sc. Turp. l. 1. §. f. & l. prævaricationis 3. §. ult. ff. de Prævar. l. spurij 6. §. qui iudicij 3. ff. de Decurion.* Reus verò dans pecuniam accusatori, atq; ita eundem corrumpens pro confessio & convicto habetur, *l. fin. ff. de prævar.* *Dis. Hotom. quæst. illustr. 23.* Hinc de stupro transigere permissum non est. *l. auxilium 37. in ff. de minor. ubi pro comperto stupro pecunia accipi prohibetur, E. nec transigere quis potest, id est, non gratis pacisci.* Pœnam enim sanguinis, hoc est, ultimum supplicium non irrogat *§. Item tex. 4. l. de publ. jud.* Nisi forsan alicubi capitale sit. De ejusmodi enim crimine transactio licita est. *l. transigere 18. C. h. t. Dn. D. Hackelman. disp. 2. ill. q. 17. lit. E.* Nec militat in stupro capitali prohibitiæ Transactionis ratio, quæ locum habet in adulterio. Stupri namq; capitalis accusatio non certis saltem quibusdam Personis, sed cuivis de populo competit per *text. in pr. l. de publ. jud.* Quapropter impunitum manere non potest, licet transactio super illo permittatur. *Hun. in tract. de Trans. c. 3. Exerc. 9.* Porro nec etiam de crimine falsi transactio subsistit. *l. quesitum 5. ad Sc. Turp.* Pœnam enim sanguinis hominibus liberis, quibus solummodò transigere licet

re licet, non infert §. Item lex cornelia 7. Inst. de publ. Iud. l. 1. §. fin. ff. ad L. corn. de fals. Nec à Regula hoc crimen excipitur, d. l. transigere 18. C. h. t. Eademq; insuper in illo obtinet ratio, quæ in reliquis criminibus pœnam sanguinis non irrogantibus transactionem inhibet. Accusator namq; sine abolitione à falsi accusatione desistens, in SC. Turpill. incidit, d. l. 1. & tot. tit. ff. ad SC. Turp. Reus autem falsi accusatus accusatorem corrumpens, pro confesso & convicto habetur, l. fin. ff. de Prævaric. l. Eius qui. 29. ff. de Iur. fisc. l. quaesitum 5. ff. ad Sct. Turp. Diss. Borch, de Trans. c. 3. n. 93 & seq. Cujac. lib. 6. obs. 11. Gædd, de contrah. & com. stip. c. 6. n. 160. & seq. Fach. 1. contrav. 9. Et alij, qui de crimine falsi transigi posse affirmant, & particulâ CITRA pro particulâ PRÆTER exceptivè accipiunt. Similiter locum non habet, Transactio in criminibus pœnam membri mutilationis, abscissionis, & fustigationis habentibus. d. l. 18. C. h. t. & d. l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sent. Nam licet in fustigatione & membri mutilatione sanguis effundatur, nulla tamen earum pœnarum hominem è medio tollit. Arum, diss. ff. 4. th. 28. & seqq. Undè nec ullibi in jure inter pœnas capitales, quæ mortem inferunt, referatur. Arum. d. loc. Treutl. d. 7. th. 5. lit. b. Hunn. de trans. c. 3. Exerc. 13. Diss. Sich. Salis. Alciat. & alij in d. l. 18. Præterea non permittitur transactio in pœnâ perpetui carceris, Quamvis enim pœna ista sit similis servituti, l. nihil. 2. ff. de lib. hom. exh. Servitus autem morti æquiparetur l. Servitutē 209 ff. de reg. Iur. sanguinis tamen pœnam seu ultimum supplicium non ingerit latè Menoch, lib. 1. arbitr. jud. quaest. q. 86. & Arum, d. loc. th. 30. Quemadmodum nec in causâ honoris Alciat, d. l. 18. Et Arum. præall. loc. th. 31.

(c) l. 1. §. si quis 7. & tot. tit. ff. ad Sct. Turp. l. de crimine 10. C. ad L. Iul. de adult. Gilken, ad d. l. 18. C. h. t. n. 68. Treutl. d. 7. th. 5. lit. e.

XIX.

Forma Transactionis in eo consistit, ut aliquid vel detur, (a) & accipiatur: (b) vel retineatur: (c) vel promittatur. (d)

(a) l. cum ea. 21. l. si profundo 33. & l. transactio 38. C. h. t. l. in summa. 95. §. 1. ff. de cond. ind.

(b) l. cum mota 6. l. si super 9. l. si quidem 24. C. h. t.

(c) d. l. 21. & d. l. 38. C. h. t.

C

(d) d. l.

(d) d. l. *transactio* 38. C. h. t. si namq̄ pro litis remissione nihil vicissim vel promittitur, vel datur, pactum merè est liberatoriũ, l. 1. ff. h. t. l. *cum donationis* 34. C. h. t. VVesemb. in par. ff. h. t. n. 6.

XX.

Fit autem *Transactio* aut purè, aut in diem, aut sub conditione: (a) & quidem vel pacto convento: (b) vel stipulatione Aquilianã: & acceptilatione sequente: (c) vel contractu innominato: (d) vel contractu nominato stipulatione confirmato. (e)

(a) l. *si super possessione* 9. C. h. t. & l. *controversia* 14. ff. h. t.

(b) Veluti si inter Titium & Sempronium conveniat ut Sempronius certã pecuniã acceptã à lite discedat, l. 2. l. *qui cum* 9. §. *ei qui* 3. ff. h. t. l. *de fidei-commis*, 11. & l. *ut responsum* 15. C. eod.

(c) d. l. 2. l. *Aquiliana* 4. cum l. seq. & l. *pacto convento* 15. ff. h. t. l. *ubi pactum* 40. C. eod. Borch. de *trans.* c. 2.

(d) Veluti do tibi centum, ut à lite discedas, l. *cum mota* 6. l. *cum proponas* 17. C. h. t.

(e) l. *age cum* 3. & d. l. *cum mota* 6. C. h. t.

XXI.

Solet etiam interdum *Transactio* adijci vel pœna, (a) vel juramentum. (b) Interim nihil refert, *transactio* an sit generalis, an specialis: (c) an in scripturam redacta, an non: (d) an judicialis, an extrajudicialis. (e)

(a) l. *pacto convento* 15. cum l. seq. ff. h. t. l. *promissu* 17. l. *ubi pactum* 40. C. eod. l. *qui Roma* 122. §. f. ff. de V. O.

(b) l. *si quis major* 41. cum l. seq. C. h. t.

(c) *Transactio* generalis est, quæ multas sub se vel res, vel causas vel species, vel etiam partes complectitur, veluti si quis transigat de omnibus controversiis, quæ inter ipsum & Titium existunt: vel hereditatis petitione, actione pro socio, actione tutelæ, vel alia simili, l. *sub pretextu* 29. ubi Donell. & Pacius C. h. t. Specialis verò, quæ interponitur de re aliquã certã & singulari, vel aliquã bonorum parte, l. *age cum* 3. l. *si de certa* 31. C. h. t.

(d) l. *sum in* 5. l. *si è apud acta* 28. & l. *ubi pactum* 40. C. h. t.

(e) d. l. *si è apud acta* 28. C. d. t. VVesemb. in parat. ff. h. t. n. 6.

Finis

XXII.

Finis Transactionis, ad quem dirigitur, ultimus est, ut rebus dubiis & litibus incertis finem imponat.

l. 1. ff. de Transact. l. fratris 10. C. Eod. Unde transactio persæpè litis decisio appellatur, l. transactionis 7. l. sub pretextu 19. l. si quidem. 24. & l. si profundo 33. C. h. t. l. post decisionem 13. C. de furt.

XXIII.

Effectus verò transactionis est, quod non minorem obtineat auctoritatem, quàm res iudicata, (a) ac proindè lites, seu causæ semel legitimis transactionibus finitæ nec imperiali rescripto resuscitari debent: (b) ac ne quidem ex plenitudine potestatis ob publicam utilitatem, nisi iusto pretio refuso: (c) quemadmodum nec pretextu instrumentorum postea reperorum, (d)

(a) *l. non minorem 20. ubi Pac. C. h. t.* Sicuti namq; 1. actio non ipso jure eliditur ob rem iudicatum, sed demùm ope Exceptionis, §. item si 5. *Inst. de Except. l. si quis 7. §. & generaliter. 4. ff. de Except. rei jud.* Ità nec ob transactionem, *l. si diversa 14. cum l. seq. l. cum proponas. 17. l. sub pretextu 19. C. h. t.* Est enim transactio conventio Iurispergentium, ac proindè actio, quæ juris civilis est, *l. 2. §. deindè 6. ff. de orig. jur. l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commod. l. & ità 3. §. ait prætor. 1. ff. Naut. caup. stabul. §. sed ista. 3. Inst. de act. Forst. disp. Inst. 1. th. 2. lit. a. lib. 4. tollere ipso jure non potest, arge. §. f. Inst. de cap. dimin. l. nihil tam naturale 36. ff. de R. I. Vvesenb. in parat. ff. h. t. n. 7. Borch. de trans. c. ult. n. 2. nisi intervenerit vel acceptilatio simplex, vel illa, quæ fit per Aquilianam stipulationem, *l. cum mora 6 & l. ut responsum 15. C. h. t.* Hiscè enim casibus ipso jure tollitur actio, *l. actione 4. & d. l. 6. l. sub pretextu 19. l. ut responsum 15. & l. si causa 32. C. h. t. §. item Inst. Quib. mod. toll. obl. 2.* Quemadmodum exceptio rei iudicatæ in limine iudicij obstitit, & adversarium repellit, *l. 1. ff. de re iudicat. l. singulis 6. cum l. seq. ff. de Except. rei jud.* Ità & transactionis exceptio *c. 1. de lit. contest. in 6. Zanger. de Except. part. 3. c. 28. n. 1. & seqq.**

(b) *l. fratris 10. l. causas 16. C. h. t.* Quamvis princeps nominatim & expressè in suo rescripto addiderit, se omninò velle, ut isti suo rescripto, non obstante, *d. l. causas 16. Pareatur d. l. 16. C. h. t.*

l. fin. C. si contra jus vel utilit. publ. Contractus enim, qui partium consensu perficiuntur, Iurisg. censentur. *l. jurig. 7. in pr. ff. de pact.* Hujus autem generis quæ sunt, Imperator tollere nequit, nisi iustâ & legitima causa subsistente. *Pruckman in §. soluta potestas c. 3. per tot. & 6. 4. effect. 5. n. 55. pag. 325. Myns. cent. 4. obs. 8. & cent. 5. obs. 97. Gail. lib. 2. obs. 58. n. 1. & 2.*

(c) *l. venditor 13. §. 1. ff. comm. prad. l. 2. C. pro quibus caus. Servi pro pram. libertat. accip. §. f. Inst. de his, qui sunt sui vel alien. jur. Bart. in l. fin. §. fin. n. 1 ff. de pignorat. act. Geil. d. lib. 2. obs. 56. n. 8. Pruckm. d. c. 4. effect. 5. n. 57. & seqq. p. 327.*

(d) *l. prætenu 19. C. h. t. ubi Sichard. Giphon. & alij.* Sicuti nec res judicata ob instrumenta postea reperta rescinditur, *l. Imperatores 35. ff. de re judic. l. sub specie. 4. C. Eod. Zanger. d. c. 18. part. 3. n. 6.* Si tamen reus conventus dolo subtraxerit instrumenta, & ita transactionem extorserit, rescinditur transactio instrumentis postea repertis *d. l. prætenu 19. C. h. t.*

X X I V.

Ad Effectum quoque transactionis pertinet, ut pro-
fit vel ad Exceptionem, (a) vel ad actionem, (b)

(a) Ad Exceptionem, si transactio facta est pacto conven-
to, Transactio enim hujusmodi licet actionem pristinam ipso
jure non tollat *l. sive apud acta 28. C. h. t.* nec etiam novam inducat.
*l. dixisti 10. C. de pact. l. Jurig. 7. §. sed cum 4. vers. igitur nuda ff. eod. l. 1. C.
de pact. conv.* Actionem tamen ope Exceptionis submover, *l. cum
proponas. 17. in fin. C. h. t. l. qui fidem. 16. ff. eod. Borch. de trans. c. ult. n. 2.*
Verum eliditur vicissim hujusmodi exceptio replicatione doli
mali, si nempe reus conventus transactionis placitum adimple-
re recusat, *l. sub prætenu 19. l. sive apud. 28. C. h. t.*

(b) Ad actionem verò prodest, si transactio vel rei alicujus
datione, vel litis remissione ab unâ parte effectum sumserit. Po-
test enim tunc illa pars adversus alteram ad supplementum trans-
actionis agere vel præscriptis verbis, *l. cum mota 6. l. si profundo 33.
C. h. t. Borcholt. de trans. c. ult. n. 8.* Vel ex stipulatu, si stipulatio
conventioni subdita fuerit, *d. l. cum mota 6. C. h. t. Borcholt. d. loc. n. 7.*
Vel actione subsidiaria de dolo, si nempe actio prior per accepti-
lationem dolo malo factam perempta fuerit, *l. actione 4. l. sub. præ-
textu 19. C. h. T.*

Peculia

XXV.

Peculiaris verò in criminibus publicis capitalibus effectus est, ut non tantum accusator ad accusandum reum, cum quo semel transegit, in eadem causa non amplius admittatur: (a) Verum etiam uterque hoc ipsum impune ferat, ita ne accusator in penam SCri Turpilliani non incidat (b) Et reus pro confesso & convicto non habeatur: (c) quamvis tertio reum de novo accusaturo transactio ista non praedudicet: (d) nec iudicem ex officio in reum inquirere & animadvertere volentem impediatur, (e)

(a) *Qui destiterit 2. ff. ad SC. Turp.* Est enim accusatio ipso iure perempta: vel transactionis exceptione elidi potest, per iura, in *th. 23. & 24. supra adducta.*

(b) Accusator enim cum reo de criminibus capitalibus qui transigit, juris publici autoritate & Imp. permisso ab accusando desistit, *l. 1. §. sed & constitutio 3. ff. de calumn. l. 18. C. h. t.* Non immerito ergo est impunitus, *l. destitisse 13. in fin. ff. ad SC. Turp.*

(c) Est enim unicuique permittum sanguinem suum quoquo modo redimere, *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sent. l. f. ff. de Pravar.* Magis enim declinandi gravissimi periculi causa, quam facinoris conscientiam transigisse creditur. *Fr. Duar. de Trans. c. 2. VVesenb. in par. ff. eod. n. 5.*

(d) Accusatio enim criminum publicorum unicuique de populo conceditur, *§. publica 1. l. de publ. jud. l. palam. 43. §. Senatus 10. ff. de rit. nupt. l. quamvis 30. C. ad L. Iul. de adult.* Et transactio ijs vel nocet saltem vel prodest, qui transigerunt, caeteris verò minimè, *l. Imperatores. 3. in pr. ff. h. t. l. 1. C. Eod. l. si unus. 37. §. p. eta. 4. ff. de pact.*

(e) Pactionibus enim privatorum jus publicum laedi nec potest nec debet, *l. Iurig. 7. §. si paciscar. 14. ff. de pact. l. Ius public. 38. Eod.* Et privata conventionem publicam coercitio tolli non potest, *l. illud convenire. 5. in pr. ff. de pact. dotal.*

XXVI.

Effectus verò Transactionis in non capitalibus est, ut non tantum accusator, qui semel ab accusatione transigendo de-



do desistit, regressum ad amplius accusandum non habeat:
(a) Sed etiam uterq; transigentium & in panā S^cti Turp.
incidat: (b) & crimen falsi admittat. (c)

(a) *l. quamvis. 3. C. ad S^ct. Turp. l. qui accusare 8. ff. de accus.*

(b) Reus enim ex hoc ipso S^cto pro confesso & convicto
habetur, *l. fin. ff. de Prævar. Quingentos solidos fisco inferre cogi-
tur, l. Imperatores 34. ff. de jur. fisco. infamia notatur, l. 1. l. athletas 4. §.
fin. ff. de his qui not. infam. Simulq; litem, causam & defensionem a-
mittit, inq; causa principali damnatur, l. 1. §. sed & constitutio 3. ff. de
calumn. Accusator verò quinque libris auri muldatur, *l. prævari-
cationis 3. §. f. ff. de Prævar. l. 1. §. si quis 7. ff. ad S^ct. Turp. VVesenb. in parat.*
Et insuper infamia notatur, *l. si pro eo 2. C. ad S^cm. Turp. & per aliā
jura suprā in th. 18. sub lit. b. adducta.**

(c) *l. transigere 18. C. h. t.* Falsi namque tenetur, qui ut verum
non appareat, aliquid celat, *l. instrumentorū 16. §. f. ff. ad l. Corn. de fals.*
Hoc autem facit accusator de accusatione criminis publici non
capitalis transigens. Veras siquidem probationes celat, quo
crimen vere admissum non appareat, *Hunn. de Trans. c. 3.* Deinde
crimine falsi tenetur is, qui ob denunciandum vel non denunci-
um testimonium aut iudicium pecuniam accipit, *l. 1. C. 2. ff. ad l.
Corn. de fals.* quemadmodum & is qui iudicem corrumpit, *d. l. 1. §.
sed si quis 2. C. l. qui duobus 21. ff. d. t. ubi VVesenb. in par. n. 6.* Accusator
verò, qui pecuniam post transactionem in criminibus non capi-
talibus in vitam accipit, non est dissimilis illi priori: Sicuti reus
accusatorem corrumpens nō multum abest a posteriori. *VVesenb.
in par. ff. h. t. n. 5. Obrech. in disp. de Trans. c. 3. th. 102.*

XXVII.

Etsi autem transactio semel perfecta temerè resuscit-
tari non debet: (a) quibusdam tamen modis infirmatur,
veluti mutuo transigentium consensu: (b) dolo: (c) me-
tu. (d)

(a) *l. fratris 10. l. interpositas 13. l. causas. 16. l. non minorem. 20. l.
quamvis 39. C. h. t.*

(b) *l. si diversa 14. C. h. t.* Pacta enim novissima semper serva-
ri convenit, *l. pacta novissima 12. C. d. pact.* cum prius pactum per po-
sterius

sterius tollatur, *l. si unus 27. §. pactus 2. ff. de pact.* Nihil est tam est naturale, quam unumquodque quo modo colligatum est, eo dissolvatur, *l. nihil tam. 35. ff. de R. I.*

(c) *l. qui cum 9. §. qui per fallaciam. 2. ff. h. t. l. actione 4. l. interpositas. 13. l. sub pretextu 19. C. Eod.* Nihil autem interest, si dolus causam transactioni, veluti subtractis instrumentis, dederit, *d. l. sub pretextu 19. C. h. t.* Sive in transactionem inciderit, *l. sive apud acta 28. C. Eod.* Sed an transactio, cui dolus causam & initium dedit, ipso jure nulla sit, an verò demum per Exceptionem, aut replicationem doli infirmetur, apud Dd. controvertitur? Sed verior est sententia posterior, *d. l. sub pretextu 19. l. si ex fals. 42. C. h. t.*

(d) *l. interpositas 13. C. h. t. l. nihil consensui 116. de reg. Jur. & Per alia jura superius, in tb. 3. adducta.*

XXVIII.

Ob enormem tamen læsionem transactio legitime inita ex dispositione *l. 2. C. de Resc. ven.* rescinditur: (a) quamvis ex constitutione Electorali transactio si ultra dimidium probari possit, vel ad transactionem rescindendam, vel ad supplementum ejus, quod quantitate debitæ ex transactione abest, agere liceat. (b)

(a) *l. Lucius Titius 78. §. fin. ff. ad Scm Trebell. l. in summa 65. in pr. Et §. 1. ff. de condict. ind. l. sub pretextu 19. l. si profundo 33. C. h. t. l. fin. C. de plus petit.* Ratio I. est: Quia aliàs nullus esset litium finis, *l. fratris 10. C. h. t.* II. Quia transactionis est eadem vis, quæ jurisjurandi *l. 2. ff. de jurejur.* Causa autem Iurejurando decisa non potest ratione læsionis resuscitari, *l. non erit. 5. §. dato. 2. & l. nam posteaquam 9. in pr. ff. de transact.* III. Quia transactio non habet minorem auctoritatem quam res judicata, *l. non minorcm 20. C. h. t.* Res autem judicata non rescinditur ob quamcunque etiam læsionem, *l. res judicata 2. C. de re jud. t. t. C. sent. resc. non poss. Gail. lib. 2. observ. 70. num. 8. & seqq. Arum. Exercit. Justin. thes. 8. & Dn. D. Hackelm. præceptor*

preceptor multis nominibus honorandus in quaest. illustr. diss. 2. th. 20. Hanon.
diss. ff. 2. th. 9. lit. e. Dis. Myns. observ. 33. Fach. 2. contr. 26.

(b) Constitution. Elector. 34. part. 2. ubi Daniel. Moller. Nisi
Transactio jurata fuerit. Ea enim ob læsionem quantumcunq̃,
nisi vel minor ætas, vel adversarij dolus, vel aliæ quæpiam causæ
graves absolutionem à juramento luadeant, non retractatur,
constit. Elector. 35. part. 2. ubi Dan. Moller.

QUÆRITUR.

I. *An de Privatis criminibus transigere vel pa-
cisci liceat, necne?*

II. *Si Transactioni sit adjecta stipulatio pena-
ris pro ea commissa stipulator simul penam petere, &
commodo transactionis frui possit, necne?*

F I N I S.





DO A 6362

ULB Halle

3


002 928 507



1017







24

M. A.

TIO JURIDICA,

TRANS- ONIBUS,

Quam

autoritate Magni-
enioris, cæterorumq; Juris
et Dd. in celeberrimâ ac
stri Lipsiensi,

PRÆSIDE

et Consultissimo Viro

NE CURTIO, Phi-

publ. & Facultatis Juridicæ
tils. Præceptore suo mul-
inib, honorando,

publicè discutiendam exhibet

ASSÆUS Rostoch. Megap.

August, bor. 7. mat. & seqq.

aterio Jctorum.

P S I Æ,

LAMBERGIANIS,

ann Glück / Anno 1619. •